

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Sebastiani Castellionis Sacrorum Dialogorum Libri
Quatuor, Quos Postremo Ipse Recognovit: Argumenta
Singulis Dialogis Praeposuit, Et Sententias Sublicit ...**

Châteillon, Sébastien

Francofurti, 1761

VD18 12886300

Nathanael.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18303

ha quo Jo. Qui habet duas vestes, impertiat non habent sene*ti*: & qui habet cibaria, idem faciat. *Pu.* Nobis nensem autem, magister, quid faciendum est? *Jo.* Nihil pebatur amplius, quam quantum vobis decretum in possit est, exigite. *Mi.* Quid etiam nobis? *Jo.* Ne ni, pro quem pulsate, aut per fycophantiam circumvenite, & stipendiis vestris este contenti. Sed audite universi. Ego quidem abluo vos aqua, ad vitæ emendationem: sed me præstantior me subsequitur; & ita præstantior, ut ego non sim dignus, qui ejus calceorum solvam corrigiam. Is vos abluet sacro spiritu, & igne: qui quidem ^{b)} vanum manu tenet, aream suam perpurgaturus, & paleam igni crematurus inextincto.

SENTENTIA.

Bona arbor bonos fructus edit. Abstinendum ab injustitia, si pœnas vitare velis.

NATHANAEL. Joan. I.

ARGUMENTVM.

Nathanael a Philippo monitus, venit ad Jesum, & in eum credit.

Philippus, Nathanael, Jesus.

D e quo scripsit Moses in nostra disciplina, & Vates, eum reperimus: Jesum dico filium Josephi, a Nazaretha. *N.* A Nazaretha potest aliquid bonum existere? *P.* Provife mecum.

J. Vi-

b) Sicut vanno frumentum a palea separari solet: sic ille pios ab impiis, separabit.



J. Video huc venire vere Israelitam: id est ^{a)} hominem ab omni fraude alienum. *N.* Unde me nosti? *J.* Prius quam te Philippus appellaret, cum essem sub sicu, videbam te. *N.* Magister, tu es filius Dei, tu es Rex Israelitarum. *J.* Quoniam dixi tibi, te a me sub sicu esse visum, ita credis: majora his videbis. Credite mihi, post hac videbitis cœlum apertum & Genios divinos ascendentēs & descendētes ad me.

SENTENTIA.

Unde minime speres, inde existit bonum. Ad eundus est Christus, ut eum cognoscas. A minoribus, si credas, ad majora venies.

NI CODEMVS. Joan. 3.

ARGUMENTVM.

Jesus differit cum Nicodemo de renascendo.

Nicodemus, Jesus.

Magister, sciimus te doctorem venisse divinitus: nam ^{a)} nemo ista tam portentosa facere possit, quæ tu facis, nisi adsit ei Deus. *Jes.* Accipe igitur doctrinam eo dignam, qui venerata Deo. Qui denuo natus non fuerit, mihi crede, Dei regnum adipisci non potest. *Nic.* Quo pacto potest homo nasci, qui sit senec? nunquid potest iterum inventre suæ matris ingredi, atque nasci?

^{a)} Vera veri Israelitæ definitio.

^{a)} Christus ex operibus suis cognoscitur.

